partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius successorum, ad officium praesens Castren. Capitan. Premysliens. ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino, tanquam peremptorio, stare iuri, parere, respondere, rigorem praefatum inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem terminos super peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum, legatione infra vel extra Regnum, servitio Militari, ad munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praefatam ultra proximos officij praefati Castren. Capitan. Premysliens. terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia, poenis simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione termini, bello, conventionibusque, ac alijs omnibus Iuris remedijs, et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

M: Szumowski et Gnosi Grocholscy mutuo sese Quietant. 610

Comparentes personaliter, Coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Premysliens. Magnificus Ioannes a Szumowo Szumowski, Thesaurarius Curiae Regni, Oso

cenens.

czenensis Capitaneus, ab Una: et Gnosa Anna de Skumowo, olim Gnosi Petri Grocholski, Consors derelicta Vidua, atque Paulus et Bartholomeus Grocholscy, fratres interse germani, mater cum filys, parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprys et competentibus recedendo, Praesenti verò Castrens Capitaneal Premysliens Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sese mutuo et inuicem, de Intercisis binis: prima quidem de Actu ipsius Sendomiriae feria Sexta in Crastino festi omnium Sanctorum Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo, Actis Castrens Sendomiriens cum interpositione Vady Quatuordecem Millium florens polons roborata: Altera verò Intercisa, de Actu ipso hic Premysliae feria Secunda post Dominicam Inuocauit Quadragesimalem proxima, in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo cum interpositione Vady Vndecem Millium florens polons Actis officij Praesentis roborata, ratione bonorum Villae Vrzenicze, tum et certarum rerum et conditionum in eisdem Intercisis contentarum, inter se Recognoscens Magnificum Thesaurarium Curiae Regni, et suprascriptum olim Gnosum Petrum Grocholski, atque eandem Gnosam Annam Grocholska Consortem ipsius confectis, et conscriptis, manibus contrahentium subscriptis et obsigillatis, omnibusque et singulis earundem Intercisarum conditionibus punctis clausulis tum et Roborationibus quietant emittant dimittunt liberosque et absolutos perpetuo pronunciant: Intercisas memoratas Vtrasque Eorumque Roborationes, cum omnibus contentis in toto et per omnia cassant, mortificant, et annihilant praesentibus. Recognoscentes sibi ab Vtrinque plenarie satisfactum esse.

Grocholscy Mater cum Filys